

GEORGIUS BVCHA-

nanus Iacobo Sexto Scotorum Regi

S. P. D.



VM post viginti quatuor annorum peregrinationem tandem in patriam rediſſem, nihil prius habui, quã vt ſchedas meas malignitate ſuperiorum temporũ diſiectas, & multis modis male habitas recolligerem: partim enim nimio amitorum erga me ſtudio, dum in maturã adhuc editionem præcipitant, partim librariorum in alienis operibus immodica licentia, cum cenſorum perſonã induiſſent, multa pro cuiuſque libidine plarunque immutata, nonnulla ſcedè corrupta comperio. Hiſego cum incommodis mederi conarer, ſubitã amicorum preces omnes meas rationes conturbarunt. Omnes enim, velut conſpiratione facta, hortabantur, vt ab leuioris operis libellis, qui magis aures oblectarent, quã animũ erudirent, me ad hiſtoriam noſtræ gentis conſcribendam conſerterem: Id enim & ætate, & ciuium de me expectatione dignum eſſe: neque aliud eſſe argumẽtum aut vberius ad laudem, aut ſumius ad memoriæ conſeruandã diuoritatẽ. Cæteras autem rationes vt omittam, cum Britannia noſtra vna ſit totiũs orbis inſula celeberrima, cuiusque hiſtoria res in omnes partes maxime complectatur memorabiles, vix in omnis cui curſu reperies, qui eam tantam ſuſcipere ſit auſus, aut ſuſceptam ſuſtinere potuerit. Non mediocriter etiam ne illud in pellebat, quod meã ſic operam tibi nec indebitam, nec ingratam fore exiſtinares. Abſurdum enim, ac pudendum videbatur, te, qui in iſta ætate omnium prope nationum res geſas perlegeris, pluſimas memoriter teneas, domi quodam modo peregrinari. Præterea cum partes ingenij tui excolendas mihi commiſſas per valetudinem incurabilem obire non poſſem, proximum exiſtimavi, id genus ſcriptionis eſſe, quæ ad animum comparata eſt, quo hanc ceſſationis culpam, quoad poſſem, delerem; ſtatui ſidos ex hiſtoria monitores ad te mittere, quorum cenſilio in deliberationibus vti, & in re gerenda imitari virtutem queas. Sunt enim inter maiores tuos in omnium laudis genere viri præſtantes, & quorum nullam vnquam poſteritatem pigebit. Et vt cæteros omittam, neminem in vllis rerum reperias momenti, quem cum Dãtude noſtro conferas. Quod ſi illi non modo miſerrimis, ſed etiam flagitioſiſſimis temporibus diuina benignitas eſt elargita, (vt ait vates Regius) vt matribus tuis que mensura ſias voti, quoties bene precãtur liberis, iure poterimus ſperare, hanc poteſtatem in omnium rerum exitum, & ruinam propertantem poſſe interim etiam ſuſſaminari, donec ad ea tempora veniatur, cum ex æterno res humanæ conſecutæ decretum certum ſuum finem ſint habituræ. Edim.

burgi 4. Cal.

Sept.

(*) . 4